

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

XCII. Vitet semper partium turbam, & ad partes quam paucissimas revocet
textum.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

bus dicetur, nec ita explicanti, ut sint veluti summaria totius Orationis, quemadmodum Jurisperiti faciunt, in suis, ut vocant, repertoriis. *Qui enim ita summarium audit, existimat se jam concionem audivisse totam, nec valde se prebet attentum;* ut ait Car. Regius Orat. Christ. Lib. VIII. cap. 7. Eo quoque ordine partes collocentur, quem rerum natura & textus series postulat, ut hac ratione pars prior gradum præparet sequenti, eique subserviat. Partes minutiores & cognatæ ad unum commune genus revocentur. Et quia sæpe per temporis angustiam aut propter rerum, quæ occurrunt, copiam, de omnibus & singulis instituta partitionis membris agi non potest, ostendatur, quas partes simus tractaturi, quas omissuri, vel etiam hæc saltem obiter, & quasi in transitu brevi quadam paraphrasi sub concionis finem, sunt perstringenda.

XCII.

Vitet semper partium turbam, & ad partes quam paucissimas revocet textum.

Ἐν γὰρ τῷ
Textus pro concione tractandus in partes suas genuinas, & ut ita loquar naturales, ex
 qui-

quibus in & per se constat, ea ratione, quam
 scopus & intentio Spiritus S. in illo loco sistit,
 resolvendus est. Vitanda autem concisa divi-
 sio, quæ thema in particulas & in frustra disse-
 cet potius, quam in membra. Turba enim par-
 tium & divisionum subdivisiones nimix & ca-
 liginem offundunt rei, etiam non obscuræ na-
 turæ, & operant ac confundunt intellectum &
 memoriam tam Concionatoris, quam Audi-
 torum Partitione πολυμεσῇ seu multi membri,
 & longâ partium serie recitata auditores ter-
 rentur, & audiendi studium prolixitatis metu
 redditur remissius. Facit quoque illa subtilis
 partium in partes, partiumque particulas divi-
 sio, ut Concionator ipse perturbetur. *Quæ ni-
 mium dividuntur, in pulverem rediguntur*, ju-
 dico Seneca. Requirit qui de Apostolus 2. Tim.
 II. 15. ἐρσοτομίαν, das ein Prediger recht theile
 das Wort der Wahrheit / ut reddit B. Luthe-
 rus, doch nicht gar zu klein verpikle und ver-
 schnikle. Recte Ludov. Wolzogen Orat. S. Lib.
 II. cap. LV. *Articulosa divisionis minutas sectio-
 nes, earumque sectionum alias rursus sectiones u-
 zig non enumerabit Orat. Sac. Id jacturam ha-
 bet ingentem temporis & multitudinis obruit
 Auditorum animos, qui sententiam ipsam tex-
 tus facilius memoriâ servaverint, quam parti-*

um numerosam seriem, in quas diuisa sententia est. Omni quoque studio caveant multitudini partium studentes, ne partes mediatas, seu partium partes, cum partibus immediatis & principalibus, atq; sic subdivisionem cum divisione confundant. Exempla ejusmodi confusionis recenset *Rebhan* Concion. c. VII. monit. VI. Pag. 243. seq. Tutissimum est, in ἐργασία Concionis, simplici ac propriâ divisione textum emetiri; Sæpe injuriam textui faciunt, qui omnia ad διχοτομίας contrahenda vel ad τριχοτομίας extendenda putant. Nec enim plures nec pauciores partes querendæ sunt, quam quot ab ipso Spiritu S. sunt posita, ut bene observat *B. D. Carp. zov.* in Hodeg. Membri. I. Aphor. XI. §. 6. Sic partit^{ur} instituenda est, inquit *Rebhan* loc. cit. mon. VII. p. 246. ne sit deficiens, sed absoluta & perfecta, & ambitu suo textum universum includat, nec ulla vel minima textus particula relinquitur, quæ non sub earum partium, quæ in propositione habetur, aliquâ comprehendatur. Quæ situm sæpius est; An partes Concionis Latinis terminis ὁμοιοπρώτοις & ὁμοιοτελεύτοις, sive similiter cæuentibus, aut similem finem habentibus, sint includendæ. *D. Græverus* ὁμοιοτελευτίαν istam & usum terminorum plane pro ineptiis habuit. *D. Henr. Mullerus* in Orat. suo Eccles. pag. 24. morem hunc improbat. *M. Rebhan* Concion. cap. IV. monit. 6. pag. 201. dubitat, an illis uti consultum sit, 1. propter servilem in terminis excogitandis ingenii torturam, 2. quia non solus *Erasmus*, sed & alii dicendi magistri quamplurimi ad paronomasiam

masias, ὁμοιοπτώτα καὶ ὁμοιοτέλευτα nimis crebra
 nauscant. 3. quia Lutherus, aliiqve Doctores, quibus
 ejusmodi termini non ignoti fuerint, nunquam tamen,
 aut rarissimè illis usi sint. 4. quia habemus satis ter-
 minorum in nostrâ vernaculâ. Concedit tamen, posse
 terminos ejusmodi, memoriâ sublevandæ ergò, ad
 chartæ marginem annotari, vel etiam in Ecclesiis pro-
 ferri, quæ plurimos habent auditores literatos. Addit
D. Christ. Chemnitius in Methodo Concion. pag. 190.
 quod 1. Simile quid de usu terminorum, non occurrat
 apud Patres, & quod 2. *Artificis sit, artem celare*. Alii
 verò, & ipse *D. Chr. Chemnitius* ὁμοιοπτώτα & ὁμοιο-
 τέλευτα in Concionum divisionibus adhiberi posse,
 concedunt, 1. quia Augustino horum terminorum u-
 sus non fuit infrequens, quem imitati feliciter sunt &
 etiamnum imitantur Doctores non pauci, quos inter
 Gesnerus, Meisnerus, Weinrichius, Gerhardus, aliiq;
 plurimi. 2. quia sublevat memoriâ tam docentium,
 quam audientium. At tamen si ejusmodi terminis con-
 cordantibus, aut similiter cadentibus, sive Latinis, sive
 Germanicis uti libuerit, cavendum sedulò, ne quid co-
 acti aut contorti in illis appareat. Quæ sitam, coactam,
 obscuram, ignotam, ineptam, & cum ingenii ac textus
 torturâ factam terminorum convenientiam nemo sa-
 nus approbabit. *Vim textui non raro faciunt*, inquit *B.*
D. Carpzov. loco alleg. *qui omnia volunt resolvere per*
ὁμοιοτέλευτα ac ὁμοιοπτώτα & terminos sive Ger-
 manicos, sive Latinos *D. Baluinus* in præfat. ad Lecto-
 rem, præmissâ Homil. Evang. Latin. & in peculiari ju-
 dicio de hac quæstione apud *Dedekennum*, Volum. I.

pag.

pag. 807: docet, inservire illam terminorum *quosior* *Leuriav* memoriae concipientis & coram literatis suū usum habere, sed coram rusticis, mercatoribus & illiteratis ab eā abstinendum esse. Attendendum hic probè, quid cuique loco conveniat. Partitionem Concionis verbis paucissimis, Emphaticis, sponte natis & perspicuis, iisque Germanicis efferre non parum facit ad excitandam Auditorum attentionem & rudiorum memoriam juvare potest. Benè *Erasmus* Lib. II. *Eccles.* pag. 731. *Oper. Tom. V. Recte praeceptum est à viris eloquentissimis, ut partitio sit dilucida ac brevis, nec obscuris involuta verbis, nec onerata supervacaneis.* Quidam partes Concionis Rythmis Germanicis includunt, sed benè monet *Dn. D. Olearius* in *Orat. Eccles.* pag. 343, quod debeant ejusmodi Rythmi Memorici esse non affectati, sed sponte fluentes & memoriā digni. *Addo* (inquit *Dn. D. Gabelius* in *Methodol. cap. VII. §. 53. pag. 146.*) *partes omnes complectentes & tractationi respondentes, ne aliud significetur rythmo, aliud postea ipsa concione tractetur.* Quæritur hîc; *An Partitio Concionis occultanda sit, an verò Auditoribus manifestanda?* Occultandam esse ideò nonnulli, (quos inter *D. Henr. Mullerus* *Orat. Eccles.* pag. 24. & *D. Dreierus* *Rhetor. Eccles.* cap. V. pag. 170 seu ult.) volunt, quia Partitio non tam Auditoris, quàm Oratoris memoriae inserviat, & artis sit, artem celare & occultare; sed non occultandā esse statuimus cum *Causino*, qui ait *Libr. XV. de Eloqv. S. & hum.* pag. 761. *Nolo qui me suspendat & cruciet, volo qui me doceat.* XCHL